Urbanus eps servus servorum dei. Dilectis filiis Populo et Communi Terre nre Montis sancte Marie salt
et aplicam ben. Considerantes fidelitatis vre constantiam quam ad nos et Roman ecclIam hactenus gerere studuistis, prout ef
fectualiter geritis de presenti, indubie credimus et fiducia certa speramus, qd ad statum Roman ecclie gubernandum prout nos
fecit facti experientia manifestos, intensis desideriis anhelatis. Et ideo quamquam ad huiusmodi nos hortari superfluum repute
mus, nichilominus tamen ut super omnes fama laudabili merito possitis extolli, eidem fidelitati presentibus suademus, eandem
more pii patris attente in domino exhortantes, quatinus sicut pro statu nro et dicte ecclie prospere dirigendo et feliciter con
servando hactenus laudabiliter ut premictitur institistis sic perseverare de bono in melius studeatis, adeo qd vra sincera devo
tio possit exinde apud nos et sedem aplicam non immerito commendari, divineque retributionis premium, nrosque et dicte sedis
uberiores favores et gratias in futurum promereri et reportare dante domino valeatis. Dat Rome apud Sanctam Mariam trans Tiberim
xii kl Januarii Pontificatus nri Anno Primo.

... P. Franc.

Perseveranza nella
fedeltá verso La
S. Sede

Vrbano VI.

N.° ~~17~~.° 16

Dilectis filiis populo et Communi terre
nre Amaſſancti

1378.

18

2